

Kern 252(1-14)

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

D B

V S V

RESOLVENTIVM ACRIORVM
ET NITROSORVM
IN FEBRIBVS LENTIS
PLERVMQVE NOCIVO.

Q V A M
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E
PRORECTORIE MAGNIFICO
VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO
ATQVE EXPERIENTISSIMO

D O M I N O
FRIDERICO CHRIST. IVNCKERO
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, MEDICINAE PRO-
FESS, PVBL. ORD. FAC. MED. h t. DECAN. ORPHANOTROPH. HAL.
ET PAEDAGOGII REGI MEDICO.
P R O G R A D V D O C T O R I S
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS

D. XV. MAI. ANNI MDCCCLXX.

H. L. Q. C.
PVBLICE DEFENDET

A V C T O R

IOANNES AVGVSTVS WALDT
HALENSIS.

HALÆ AD SALAM AERE BEYERIANO.



BIBLIOTHECA IMPERIALE MEDICO

A 2 V

RESOLVENTIUM AGRIORVM
ET INTROGATORVM
ET TERRARVM LENTIS
INTROVALLACIONIS

COMEDIA CANTATORIATRIN
AD MUSICAM TRIBUNICIAVM

ATQ; ETATRIN PRACTICIS
EXPERIMENTIS

CANTATORIATRIN COMEDIA

OPUS ALEXANDRIOS PEGASOIS
ET HESIODIS MUSICOGRAPHIS
ET HISTORIIS CARMINIBVS
ET DILEXIT ET CANTAVIT
HIERONIMVS

ET QD CANTATORIATRIN

CHIPIA ET CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN

OPUS ALEXANDRIOS PEGASOIS
ET HESIODIS MUSICOGRAPHIS
ET HISTORIIS CARMINIBVS
ET DILEXIT ET CANTAVIT
HIERONIMVS

ET QD CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN

OPUS ALEXANDRIOS PEGASOIS
ET HESIODIS MUSICOGRAPHIS
ET HISTORIIS CARMINIBVS
ET DILEXIT ET CANTAVIT
HIERONIMVS

ET QD CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN
CANTATORIATRIN CANTATORIATRIN

OPUS ALEXANDRIOS PEGASOIS
ET HESIODIS MUSICOGRAPHIS
ET HISTORIIS CARMINIBVS
ET DILEXIT ET CANTAVIT
HIERONIMVS

M A G N I F I C O
F R I D E R I C I A N A E P R O - R E C T O R I
V I R O

I L L V S T R I , E X C E L L E N T I S S I M O , E X P E R I E N T I S S I M O

A T Q U E
D O C T I S S I M O
D O M I N O

F R I D E R I C O C H R I S T I A N O I V N C K E R O

P H I L O S O P H . A C M E D I C . D O C T O R I
H V I V S Q V E P R O F E S S O R I P V B L I C . O R D I N A R I O F A C V L T . M E D .
h . t . D E C A N O S P E C T A T I S S . P A E D A G O G . R E G . A C
O R P H A N . H A L E N S . M E D I C O P R A C T .
C O N S T I T U T O

P A T R O N O

A C
P R A E C E P T O R I S V O
A D C I N E R E S C O L E N D O



MAGNIFICO
TRIBUNALISIANAE PRO - RECTORI
HOC
SCRIPTVM ACADEMICVM
OMNIA EDITIONIBUS
SIT MENTO
GRATIA MONUMENTVM
HERBICO CHRISTIANO
INCERIO
D. D. D.
PATERONI
PRAECEPTORI SAVO
AD CINERES COFFENDO
IOANNES AVGVSTVS WALDT.





§. I.



Si, quae vulgaris medendi methodus patrat, ad veram theoriam, tamquam ad lydium lapidem, revocantur: multa remedia, praefiscine dixerim, usurpata inventiuntur, quae vel inertia sunt, vel etiam damnoſa, & de quorum nihilo minus tam actiuitate, quam utilitate ne dubitatur quidem. Ut iam alia exempla mittam: quem fugit, adeo solere, vel experientissimos quandoque Viros, terrea illa re-

A 3

media,



media, qualia sunt lapides cancerorum, conchae praeparatae hisque similia, indiscriminatim, in quam plurimis morbis, adhibere, ut satis appareat, eos, in summa licet argumentorum claritate, de illorum tamen esse nec inertia, nec noxa frequenti conuiétos? Neque minus antimonii diaphoretici, salium resolventium et nitri usus adeo in consuetudinem apud plurimos abiit, ut de iis, in puluerem atque potionum praescriptione, quandoque omittendis, ne cogitare quidem videantur. Quo ipso etiam fit, ut quae sit de illorum utilitate, adferant aut nullam, aut eiusmodi, quae sane ridicula est. Taedet iam, plura commemorare. Quod vero, in sacro hoc istorum remediorum usu, vel risu, vel indignatione quam maxime dignum, Medicorum aut indigna est arrogantia, qua benebole tunc sibi restitutam sanitatem tribuunt, quam tamen aeger omnino vel benignitati morbi, vel viribus Naturae, vel almae Fortunae debet; aut vix ferenda calliditas, qua aegri interitum, modo insuperabili morbi atrociae, modo his illis, quae, Medico inculpato, acciderunt, adsignare non erubescunt, perpendentes minime, semet ipsos aegrum, peccato vel omissionis, vel commissionis patrato, plerumque necasse. Nonne pulcherime hos Medicos depinxit CORNEL. AGRIPPA, famosus scientiarum artiumque castigator, quando dicit: *Si aegro quid male cefserit, siue illum praeter spem, per insignem imperitiam, occiderit, bic se aut per catarrhi praefocatum defluxum, aut ali-*

aliquid aliud simile subitaneum accidens, immedicabilemque casum apparenter excusat et aegri inobedientiam, aut custodum negligentiam acriter accusat, aut incusat collegas, aut in pharmacoplam protrudit; sic enim efficit, ut nemo aegrotus nisi propria culpa periisse, nemo nisi medici beneficio restitutus videatur. Tract. de incert. et vanit. omn. sc. et art. p. m. 439. seq. Neque diffitendum, adstantes plerumque atque plebem (quod vero nescio an in laudem eorum cedat) a partibus huius indolis Medicorum stare, quando, vieti nempe vel aetate, vel eloquentia, vel dignitate Medici, vel apparente veraue morbi atrocia, sapientis scilicet viri sententiae accedunt. Sed manum de tabula; metuendum enim, ne crabrones extrem. Liceat tamen mihi eius, quam dixi, rei specimen fusiori paullo sermone explicare, ab aliis, quantum scio, nondum pertractatum. Respicit id usum resoluentium potentiorum et temperantium nitrosorum in febribus lentis et hecticis. Atque de his dubitari nequit, quod vulgo in illis, quas commorauit, febribus usurpentur, cum commotiones febribus conspire dicantur. Neque illa (licet quibusdam minus placeant) a nonnullis facile, in curandis praedictis febribus, omittuntur, cum stases et obstructions, in visceribus enatas, soluere creditur. Quodsi nunc theoria istarum febrium, quae, hausta ex obseruatis, non nisi verissima censi debet, cum illis remedii comparatur: patet, partim nocua, partim superuacanea dici



dici ea, plerisque saltim in casibus, debere. Quod iam in praesenti scriptiuncula academica comprobare annitar, eo magis ad id impulsus, quod, cum febres lentae et hectice morte demum finiantur, illatum, ab eiusmodi remediorum usu, damnum raro in rationem venire solet. Praemittam itaque nonnulla de natura febrium lentarum et hecticarum; dicam dein de superuacaneo resoluentium tam acriorum, quam temperantium nitrosorum usu in his febribus; docebo denique, non posse aliter fieri, quin ea remedia damnosa plerumque in iisdem euadant atque nocua.

§. II.

Febribus lentis et hecticis haec momenta insunt, in sequenti tractatione bene notanda:

1. Morbi sunt plus minusue chronici. Fieri quidem potest, vt accedens morbus acutus citius, quam quidem in chronicis fieri deberet, necem aegro inferat. Quis vero non videt, lentae id ipsum febri proprie dari non posse? Neque contingere nequit, vt hectica, facta ex lenta prægressa, ob plurium grauiorū caussarum concursum, intra acutorum morborum tempus hominem perimat. Quod autem, cum omne febris lentae hecticaeque, non nisi gradu ab illa diuersae, decursus tempus numerari hic debeat, vix sufficit, vt acutis tunc morbis adnumeretur hectica.

2. Acre-



2. A credinem massae humorum inuoluit, eaque imprimis lympham contaminat. Adesse quandoque eam acrimoniam, vel ex eo patet, quod vlcera retropulsa, pus absorputum et similia febrem lentam et heclicam producunt. Videri interea posset, ac si nonnumquam istiusmodi febres a solo lymphae nutritiae defectu inducta hinc debilitate proueniant. Observauit enim H O M E (Medicin. Beob. und Versuche,) oriri quandoque pulsus celeriorem a sola debilitate, atque ideo tolli, quando analepticum vi nosum assumitur. Notum quoque est, quam frequenter accidat, vt hi, quorum nerui imprimis debilitati sunt, phlogosēs caloremque concipient auctiorem. Demum ex natura auctae sensibilitatis, a defectu lymphae inductae, quam optime perspicimus, quare commotio exinde febrilis enascatur? Quibus tamen licet ita comparatis, recte affirmamus, numquam, sine acrimonia lymphae, febrem lentam oriri. Namque docet id calor, aliquot a pastu horis adauetus, cuius quidem causa, si exacte rem consideres, nulla alia, quam acrimonia, esse potest. Lympham autem ea praecipue inquinari, ex nutritionis defectu ex que insigni neruorum aliarumque partium, quae elaborat alias continent lympham, debilitate intelligitur.
3. Cohesio sanguinis et humorum satis diuersa in his febribus obseruatur, vt ne villa etiam detur, quacum non pos-

B

fent



sent illae coniungi. Quandoque naturalis obtinet, alias spissitudo praesto est, nonnumquam tenuitas adesse deprehenditur. Solet quoque, temporis mora, tenuis etiam humorum massa spissescere, dum et excretiones nimium augentur, et sanguificatio, nimia debilitate producata, languescit.

4. Copia humorum plerumque nimis est parca. Quandoque nihil minus phaenomena plethorae, si non verae, certo tamen eius, quae *ad vires* dicitur, accedunt. Bene elaborata lympha semper deficit. Fieri quoque aliter non potest, quin ob auctas excretiones vera demum ensatur humorum inopia, ob quam etiam aegri, si sola eos perimat febris lenta, fatis cedere solent.
5. Motus sanguinis, ut in omni febre, iusto est celerior. In lenta quidem obseruatum, pulsū quandoque, per aliquot adhuc diei horas, ad naturalem accedere. Quando vero morbus maiora cepit incrementa: celeritas pulsus desideratur numquam.
6. Calor quidem auctus, ardens et siccus has comitatur febres; est tamen memorabile, quod gradus huius caloris non exacte respondeat celeritati, qua mouetur sanguis. Obseruauit id H O M E l. c. pag. 181. Dum enim pulsus 129. numerabantur, gradus caloris erat 98; dum vero 110. pulsus obseruabantur, calor exstitit = 99.

7. Oriun-

7. Oriuntur excretiones colliquatiuae, atque eae quidem modo per cutim, modo per intestina, modo per renes, quibus fit, vt olei, lymphae et aquae quantitas nimium imminuatur. Has excretiones foetor, saepe specificus, comitari solet.
8. In solidis summa obtinet debilitas, magis magisque crescens.

§. III.

Sufficient pauca haec de natura febrium lentalium dicta; quae enim supersunt, a scopo nostra aliena, missa facio. Supereft, vt nonnulla de cauſis istarum febrium proximioribus afferam. Atque primo quidem ex §. anteced. n. 2. patere potest, proximam febrium lentalium cauſam acre esse singulare, lympham praecipue inquinans atque lento incremento auctum. Antecedentes vero sequentes commemorantur: I. Materia vlerosa aut enata in sanguine, aut ad eundem reſorpta. II. Materia purulenta, simili sanguini modo inexistens, atque diu retenta. III. Chylus similis humor male mixtus et acris, ad sanguinem e primis viis successiue delatus. IV. Laesa, ob ſcirrhos viscerum, debilitatem corporis, sanguificatio. V. Acre demum catarrhale simileue, diutius in sanguine retentum. Atque his cauſis reliquae omnes subefce obſeruantur.



§. IV.

Delineata hucusque febrium lentarum indeoles nos ad propositum nobis scopum ducit. Quaeritur ergo primo: *num ratio ad sit sufficiens, quae resoluentium tam temperantium nitrosorum, quam acriorum usum in his febribus suadere pos fit* (§. 1.)? Ordinar ab ipsis resoluentibus, quae temperant, cuiusmodi indolis est nitrum. Quando nunc istiusmodi remedia commendantur: non nisi haec, credo, afferri possunt argumenta:

1. In febribus lenti praefecto est calor auctus; nitrum vero refrigerat.
2. Motus sanguinis celerior in iisdem obtinet; nitrum eundem retardat, cum temperante gaudet virtute.
3. Easdem febres comitantur auctae excretiones; nitrum, dum temperat, easdem refraenat et imminuit.
4. Caussa febrium lentarum in corrupto sanguine latet; nitrum vero putredini resistit.
5. Nitrum resoluit, quo ipso auctae illi cohaesioni, febribus lenti accidenti, occurrit.

Schol. Facile patet, plures rationes suppeditari posse, quando eorum, quae quandoque his febribus superueniunt, v. g. inflammationis verae, ratio habetur. Tunc vero eiusmodi remedia non lentae febri, sed inflammationi aut simili ipsi conditioni opponitur. Nos de febribus lenti, in se atque generatim spectatis, loquimur.

§. V.

§. V.

Vt iam ad haec respondeam: liceat adductas rationes, quo sequuntur ordine, considerare. Quod ergo calorem autem spectat (§. ant. n. 1.): facile equidem largior, opus esse, ut is mintiatur; neque minus fateor, nitrum valere, in quibusdam casibus, corpus refrigerare. Quodsi vero statum hominis, quem febris lenta detinet, exactius consideraueris: patebit facile, nitrum non adeo recte excedenti isti, quo illae febres stipantur, calori destinari posse, eumque tollere. Elegantissimus mihi ideo videtur is locus, quem ex TISSOTI Tr. de febrib. biliosis pag. 110. afferam. Nefanda, inquit, increpanda praxis, quae ex caloris sensatione refrigerantium, sic materiae medicae collectoribus dictorum, necessitatem concludit. Sensatio enim illa saepissime oritur ex acrimonia et cruditate, quas generunt atonia defectusque bonorum succorum, et frequenter nascitur febris ex deficientia circulationis. Quot omni die pessundantur valetudines, dum in tali casu confugitur ad V. S. refrigerantia, enemata, balnea tepida: increscent debilitas, cruditas, acrimonia, molestus calor, vera demum nascitur hectica, quae praepedita fuisse, tonicis, china, chalybe, vino, balneis frigidis. Nihil frequentius occurrit in praxi, quam aegri querentes de calefactione; turpiter falluntur medici, si methodum antiphlogisticam amplectuntur, nulla enim forsan arte in talibus excitari posset in-



flammatoria illa diatasis, quam debellare conantur etc.
Nunc vero calor in febre lenta oritur ex acrimonia, cruditate,
atonia et defectu bonorum succorum. Non poterit ergo nitri
usū extingui.

- Neque celerior sanguinis motus (§. ant. n. 2.) nitri sibi usum
vindicat, cum notum sit, nitrum numquam facile indi-
cari, quando celeritas sanguinis tantum excedit. Valent
hic fere omnia, quae de calore dixi.

Quare nec recte *auctis excretionibus* (§. ant. n. 3.) destina-
tur. Eas enim debilitas producit, non fortis sanguinis
circulus corporisque excedentes vires. Nitrum vero de-
bilitati verae, qualis hic obtinet, nequit opponi.

Antiseptica Nitri virtus (§. ant. n. 4.) nullius hic erit mo-
menti. Namque vera putredo non semper est in his fe-
bribus praesens; sique etiam adsit: nitrum tamen com-
mendari ideo nequit, quod debilitatem auget, eaque au-
cta putredo facile increscit (TRISSOT l.c. pag. 124.) Fac
ergo, nitrum eius vere esse indolis, ut putridum corri-
gat: attamen tantum hic purrendinem iterum adiuuabit,
quantum ei aduersatur.

Denique *spissa humorum massa* (§. anteced. n. 5.) nitrum
nulla ratione indicat. Quandoque enim ne spissitudo
quidem obtinet. (§. II.). Atque si febribus etiam lentis
vere accedat: nitrum tamen, cum spissitudo tunc, ha-
bita

bita vnicē istarum febrium ratione, partim a debili sanguificatione, partim ab auctis excretionibus pendeat, quas inter caussas *hae* a nitro non minuuntur, *illa* vero ab eius vſu maiora capit augmenta, commendari nequit. Fieri quidem potest, vt melancholicus succus cauſſa istarum febrium exſtſat; verum nec is debilitantis nitri vſum ſati bene fert. Tandem accedens quandoque inflammatotria ſpiſſitudo nitri ſibi vſum omnino vindicat; quod ipſum autem, cum iſtiusmodi ſpiſſitudo a genio febris lentae remota ſit, atque huius proprie naturam non ſpectet, in contrarium adduci nequit.

§. VI.

Confideremus iam *acriora resoluentia!* Attentus ad omnia, quae naturae febrium lentarum iſunt, non niſi quatuor momenta deprehendo, quae acriorum resoluentium vſum ſuadere quibusdam videri poſſunt. Atque illa quidem in hiſ, quae dicam, conſiſtunt.

- I. Febres lentae ex stagnatione humorum et obſtructione viſcerum oriuntur, quae vt tollantur, fortiora ſibi resoluentia vindicant.
- II. Solent eadem vel ex ſpiſſitudine humorum atrabilaria et viſcida originem ſuam ſumere, vel ſpiſſa tamen fluida, temporis mora, reddere.

III. De-



- III. Debilitas solidorum, praesens in febris lentis, irritantia postulat, quibus acriora resoluentia accensi debent.
- IV. Tenax in primis viis materia acris quandoque febris lentae caussa existit, atque haec, resoluentibus istis usurpati, et solui potest et euacuari.

§. VII.

Verum enim vero non possunt istae rationes satis illi sufficientes apparere, qui febrium lentarum genium paullo accuratus perscrutatus est. Quamvis enim stases humorum viscerumque obstructions (§. ant. n. 1.) dictarum febrium non infrequentes obseruentur caussae: non licebit tamen ideo resolventia vel *semper*, vel *acriora* eligere. Cum enim febres lentae quandoque orientur, quas labes ista viscerum non comitantur: patet, resoluentia, quae dixi, non semper ideo indicari. Quodsi etiam praedicta viscerum laesio non absit: acrioribus tamen resoluentibus carere possumus, cum, si leuior illa exsistat, leniora sufficiant, HOFFMANNO consentiente, qui glandularum mesaraicarum obstructioni non nisi blandiora resolventia, repetitis quidem vicibus, sed parcus ingerenda opponit; si vero grauior adfuerit: ne acriora quidem eam soluent, tot id obseruationibus, in hydropicis praeprimis factis, compabantibus.

Spissi-

Spissitudo illa sanguinis, quae adfertur (§. ant. n. 11.), resoluentia quidem diluentibus iungenda indicat. Quis vero ad acriora et fortiora resoluentia in aegro praeparimis confugiet, cui magna motuum febrilium ipsiusque febris caussa inhaeret?

Datur equidem debilitas solidorum, cui irritantia quocammodo medentur, indeque etiam resoluentia acriora (§. anteced. n. 3.); ista vero satis est ab illa diuersa, quae in aegro obtinere obseruatur, cui febris lenta oborta est. Illa laxitas est et torpor; haec teneritudo.

Tenax demum illa materies (§. ant. n. 4.) sui omnino resolutionem atque euacuationem postulat. Quem vero fugit, leniora resoluentia hic sufficere?

§. VIII.

Quando ab vsu tam nitri, quam resoluentium acriorum non nisi haec, quae hucusque enumeraui, essent in febribus lentis metuenda: ferendus forsitan esset, ex illorum saltim sententia, qui dandum quidquam esse et consuetudini et praeconceptis opinionibus existimant. At enim vero tantum abest, vt innocuus sit, vt potius *damnosus* dici mereatur. Atque vt id comprobem, restat (§. 1.). Agmen ducat nitrum, missis iam, dum de eo loquor, conditionibus singularibus, quae usum eius quandoque, vel in ipsa febre lenta, postulare videntur,

C

tur,



tur, quales sunt inflammations particulares, spirituosa aut similia ingurgitata, plethora ad vires valde commota et alia.

§. IX.

Docet id *primo* morborum chronicorum natura et essentia. Quando enim ad morbos acutos attendis: obseruabis facile, eos vel nimio virium augmento deberi, vel cum decremente earum coniungi. Hincque toties ea, quae debilitant in morbis acutis dilaudantur. Morbi contra ea chronici vel virium debilitati debentur, vel illis haec accedit; indeque sit, ut cautius generatim cum his, quae debilitant, mercandum sit, quando lenta aegritudo curanda obuenit. Nunc vero febres lentae non solum morbi existunt chronici, atque manifesta est magna illa, qua stipantur, virium prostratio absoluta, sed nitrum etiam manifesto debilitat. Nonne itaque, usurpatum in eiusmodi febribus, nocebit facile? Perpendi *dein* debet, quod nitrum neruos imprimis fibrasque musculares debilitate afficiat, quod vel anodyna illius et antispastica virtus luculenter docet. In lenta autem atque hecūta febre maxima debilitas generi neruoso atque systemati musculari inest. Neque *porro* omitti debet, quod, in curandis his febribus, praecipuum momentum ad nutritionem corporis, sufficienter praestandam, redeat. Quae vero cum primarum sibi viarum auxilium vindicet, postular, ut illarum robur conseruetur, siue perditum.

❧ ☰ ☪

tum sit restituatur. Atqui nil magis, quam continuatus nitri
vſus, ventriculi robur frangit, flatusque creat, summam infe-
rentes anxietatem. In lentis ergo febribus vſurpatum, tam ob
prostratum, quem infert, appetitum, quam ob cruditatem chy-
li, quam debilitatus ventriculus producit, defectum bonae
lymphae adiuuat, cumque eo mortem. Dici equidem posset
forſitan, hunc nitri effectum non semper nocium esse, cum
obſeruatio doceat, vel in ipsis febribus lentis, addephagiam
quandoque obtinere, ad quam tollendam vel ob id, quod dixi-
mus, nitri vſus commendari posset. Verum perpendi deber,
eiusmodi addephagiam pendere modo ab acri humorum massa,
quae ventriculo inexiftit, modo a ſenſibilitate ventriculi nimia.
Illi nitrum non medetur, ſed diluentia, obuoluentibus et ro-
borantibus amaris iuncta. Neque huic nitrum ſatis bene oppo-
nitur, cum debilitet, hincque maiorem noxam inferat. Nil
magis, ſi quid vñquam, conducit, quam amara iterum robo-
rantia, quae nimiam non ſolum ſenſilitatem infringunt, ſed nul-
las etiam noxas relinquunt. Denique nitrum maſſam quoque
ſanguinis ſoluit. Poterit ergo continuatus illius vſus damna, ex
nimia humorum resolutione oriunda, quaeque dein deſcribam,
inferre. Augetur inde debilitas corporis, celeritas pulsus at-
que praefens iam ad putredinem proclivitas, quae omnia reſo-
luto nimis ſanguini debentur, ſicque inde vel id, cui opponi-
tur, calor nempe febrilis, adauictis eius cauſis, increſcere pot-
est.



est. Quae omnia ne quis existimet contrariari his, quae de temperante, antisepatica et refrigerante nitri virtute nota sunt. Quem fugit enim, medicamina non absolutam, sed eiusmodi saltim virtutem exserere, quae respondet conditionibus corporis? Sic ergo nitrum temperat, quando inflammatoria spissitudo, copia particularum phlogisticarum insignis atque vera intensior neruearum fibrarum muscularium actio praesto sunt. Atqui haec omnia febribus lenti in se spectatis non solum non insunt, sed contraria potius. Nonne ergo celeritatem sanguinis caloremque augebit potius? Certe si negari nequeat, in phlogosi, a debilitate oriunda, conducere ea, quae corpori robur addunt sanguinisque densitatem augent (§. 11.), nitrum, refrigerans et soluens, phlogosin tunc minuere nequit. Antisepatica nitri virtus videtur a vi eius refrigerante pendere. Non poterit illam in febre lenta et hecistica exserere. Soluit praeterea humores, saluum in olea actionem promouet, hincque euenit id, quod monui, augmentum scilicet illius dispositionis, quae forsitan ad concipiendam putredinem iam adest.

§. X.

Sed vrgeri posset: cum ista, quae dixi, damna, a nitri yfu in febribus lenti et hecisticis oriunda, partim debilitati corporis, partim resolutioni humorum debeat adscribi: fieri hinc facile posse, vt ea praecaueantur, si nitro nempe addantur roborantia,

tia, atque obuoluentia, qualia sunt mucilaginosa, iungantur. Neque diffitendum, posse ea ratione omnia illa, quae recensui, damna praepediri. Quod vero si perficiatur, nitrum hic, tamquam iners corpus, considerari nos oporteret, atque rationalem non decet Medicum, eiusmodi corpore vti.

§. XI.

Accedens iam ad *resoluentium acriorum* damna: breuitatis studiosus ea nota esse pono, quae de actione istorum remediiorum in Therapia generali praecipiuntur. Ergo primo modo tenuitatem, modo spissitudinem humorum, quae praesto est, augent. Cum enim potenti vi resolvente polleant: non poterunt non praesentem tenuitatem augere. Quando vero humores inopia aquei principii laborant: vi sua irritante excretiones serofas promouent, quaeque restat paucissimam aquam expellunt. Manifestum *porro* est, ea remedia motus febribles intendere. Delata enim ad massam sanguinis, cor atque arterias nimium irritant. *Praeterea calefaciunt*, tam acredine sua, quam resolutione sanguinis, quam inferunt. Augent etiam dispositionem ad excretiones colliquatiuas. Nimium enim resoluunt, loca secretoria irritant, motumque sanguinis accelerant. *Debilitant* ideo. Dum scilicet nimium resoluunt, lympham non minus, quam reliquas sanguinis partes, attenuant, idque multo magis, quam status sanitatis postulat. Quod si vero lym-

C 3

pha



pha nutritia nimium attenuetur: non poterit apte in partem solidam mutari, atque ideo nutritio languescit, et debilitas vel enascitur, vel augetur. Praeterea nerui fibraeque musculares in subiectis, quae febres lentae detinent, teneritudine laborare solent. Eiusmodi autem debilitatis species a tenui sanguine, hincque non minus ab usu resoluentium acriorum, producitur. Solent quoque potentiora resoluentia solida nimium irritare atque frequentiores validioresque motus sollicitare; quo ipso fit, ut postmodum, si eorum demum actio elanguescat, maiorem debilitatem relinquant. Diximus quoque, augeri usu resoluentium acriorum dispositionem ad excretiones colliquatiuas; quibus vere enatis non poterit non debilitas maiora incrementa capere. Denique resoluentia acriora, delata ad ventriculum primasque vias, his etiam debilitatem inferunt, sic coctionem difficiliorem reddunt, cruditatem producunt, nouamque ideo debilitatis caussam.

§. XII.

Quando demum cum caussis febrium lentarum et hecferum (§. III.) acriorum resoluentium actionem comparas: ne ullam inter eas deprehendes, quae eorum usum, sine noxa metuenda, admittit. *Vulcrosa* enim *materia* resoluta magis validius agit, inque verum conuertitur putridum *Materia putrulenta*, nimium inde resoluta, in ichorem conuertitur, longe peio-

peioris corruptionis' materiam. *Acris materia, primis inexſiſtens viis*, quando ab eiusmodi farinae remediis nimium attenuatur, facilius largiusque ad sanguinem perfertur, neque fieri aliter potest, quin febris inde lenta adaugeatur. *Acre catarrhale* simileue, in sanguine diutius retentum, ab yſu iſtorum remediorum non ſolum incrcſcit, ſed etiam multiplicatur. Quem enim fugit, quam facile febres catarrhales, ob admiffum calefacientium et attenuantium remediorum vſum, in malignas putridasque commutentur febres? *Laesa denique ſanguificatio* modo a debilitate pender, modo ab obſtructis atque ſcirrhoſis visceribus. *Debilitas* poſt vſum acriorum resoluentium augatur necesse erit (§. anteced.). Quod vero *obſtruēta ſcirrhoſa que viſcera* ſpectat: notandum, validiora resoluentia nimis facile atque frequenter loca ſcirrhoſa inflammare, natam vero ſic inflammationem, in ſubieeto praeprimis, cuius iam ſucci, ad in eundam putredinem, proclives ſunt, cancrum ſolere poffimae indolis mortemque prouocare.

§. XIII.

Quodſi etiam his, quae §. §. XI. XII. euincere ſtudui, opponatur: poſſe acriorum resoluentium vim atque potestatem tam diluentibus, quam obuoluentibus remediis, iſpis adiunctis, ſic frangi, vt remedia euadant innocentia: id, quod ad haec responderi iure potest, ex §. X. iam conſtat. Quamuis enim negari



negari nequeat, damna tunc nulla, aut certe minora hinc metuenda esse: attamen vel sic supererit ratio, quae vsum resoluentium acriorum postulat, vel leniora resoluentia idem, ac fortiora, praestabunt. Non respondet sane rationi, si remedium adhibetur, quo meliora dantur, quodque, ut caueatur, ne noxiam inferat, alia remedia requirit, ipsi e diametro opposita.

§. XIV.

Constat ergo ex dictis, posse in febribus lentis hecticisque nec nitri, nec acriorum resoluentium vsum probari. Sed intelligitur quoque, quae, in curandis his febribus, momenta quam maxime mereantur attendi. Nutrientia enim et robورتia, in omni istarum febrium statu, necessaria sunt. Symptoma quandoque postulant, ut indicatio symptomatica adimplatur. Leniora resoluentia in spissitudine humorum, stagnatione eorum et obstructione viscerum indicantur. Temperantia autem nitrosa, non nisi tunc possunt recte adhiberi, quando aut status inflammationis verae, aut phlogosis, non a sola debilitate acrique humorum massa enata, accessit.

Atque haec sufficient.



PRAENOBILISSIMO
DOMINO CANDIDATO
IOANNI AVGVSTO WALDT
SINCERVM AFFECTVM
TESTATVR
P R A E S E S

*N*ulla difficultate intelligitur, medicamentum omne, quod, dextre applicatum, salutare est, sinistro & perverso visu nocivum esse debere. Prono itaque alveo fluit, non vulgarem in medicamentorum applicatione requiri prudentiam, frustraque & invita Miner-va neque sine generis humani damno remedia ordinari ab iis, qui veras indicationes sciunt cum ignarissimis. Recle ergo, P R A E-NOBILISSIME DNE CANDIDATE, iudicas, quod resolventia acriora & nitroſa, licet alias ad optima medicamenta pertineant, in febribus lentis haud exhibenda sint, quamquam vulgaris methodus medendi eorum usum commendet. Nec quidquam in specimi-ne Tuo inaugurali mutandum inveni, hinc TIBI Tuum laborem, ea, qua mibi tradidisti facie, nunc reddo. Non possum vero fa-

D

cere,

cere, quin TIBI HONORATISSIME DNE CANDIDATE, in
publicum prodeanti, mentem meam significem benevolam. Ab eo
enim tempore, quo in meam pervenisti notitiam, non solum singula-
rem Tuam industriam in addiscendis scientiis medicis, sed egre-
giam quoque morum probitatem perspexi & statim de fausto stu-
diorum successu optime sperari coepi. Hec spes me non fessellit,
eam potius superasti. Nihil dicam de rerum anatomicarum pe-
ritia, quam Berolini publice demonstrasti, dum cursum sic dictum
anatomicum cum applausu peregristi. Neque in studio Tuо theo-
retico laudando moram faciam, quamquam & id omni respectu lau-
dabile sit, sed paucis adhuc verbis diligentiae Tuæ practicæ testi-
monium adpono. Non enim absque iucunditate applicationem
Tuam in medicina facienda admiratus sum, numero sive numque ca-
rationum Tua opera sub mea direktione peractuarum felicem even-
tum cognovi. Gratulor igitur TIBI CANDIDATE AESTV-
MATISSIME, de eruditione egregia acquisita & de summis in
Medicina honoribus mox TIBI conferendis. Fruare iis diu sal-
vus & incolunis, in multorum ægorum emolumentum. Vale. Da-
bam Halæ die 4to Maii 1770.

PRAE-



PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE

HONORVM DOCTORALIVM

C A N D I D A T O


S. P. D.

D. CHRISTIANVS FRIDERICVS DANIEL,

PHYSICVS HALLENSIS.

*G*ratissima mibi fuit occasio, quam mibi præbuiſti, litterarum
aliquid Tuæ dissertationi ſubiiciendi. Tui enim cognoscendi jam
inde a tam longo temporis ſpatio mibi poteflas fuit, ut non poſ-
ſem, quin & gauderem de hodierna Tua felicitate, & eam Tibi
publice gratulandi opportunitatē tubentifimo amplecterer animo.
Neque enim Tu ſolum theoreticam artis medicæ ſcientiam, celeber-
rimis in hac Fridericiana magiſtris ac præceptoribus uſus, laudabili
industria Tibi comparare ſtudiuiſti; verum etiam, poſquam Berolini


cursui anatomico, ut vocant, interfueristi, nostra in urbe, meis
auspiciis, praxin medicam exercuisti; praecepta non solum imbi-
benda, sed in usum quoque atque habitum conuertenda esse, rectif-
fime ratus. Nunc, gratioſo Medicorum ordine indulgente, ſupre-
mos in sanandi arte honores capere, doctrina Tua publice decla-
ta, Tibi in animo eſt. Accipe igitur meam ſinceram gratulatio-
nem; accipe candida vota, ut Deus ſemper Tuis conatibus proſpe-
ros atque optatos tribuat ſuccessus, accipe petitionem, ut me ama-
re pergas. Dab. Halæ Magdeburg. a. d. V. Maii 1770.



W 18

PCA





7

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
V S V
RESOLVENTIVM ACRIORVM
ET NITROSORVM
IN FEBRIBVS LENTIS
PLERVMQVE NOCIVO.

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN ALMA REGIA

PRAES
PRORECTOR
VIRO ILLVSTRI EX
ATQVE EXP'R

DOMI
FRIDERICO CHRI

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE
FESS, PVBL, ORD, FAC, MED, h t, D
ET PAEDAGOGII R

PRO GRADV
SVMMISQVE IN MEDICINA HO
DOCTORALIBVS RITE

D. XV. MAI. ANN

H. L. Q.
PVBLICE DE

A V C T

IOANNES AVGV
HALEN

HALÆ AD SALAM

